



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ephesini Concilii Generalis Pars I. Et II. Sub Cælestino papa I. anno  
CCCCXXI.

**Parisiis, 1644**

Capvt XIII. Contestatio publice proposita a clericis Constantinopolitanis, &  
publicata in ecclesia, quod Nestorius eiusdem sit sententiae cum Paulo  
Samosateno, ante CLX. annos ab orthodoxis episcopis ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15062**

CAPVT XIII.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ΄.

ANNO CHALC. 451.

Contestatio publice proposita a clericis Constantinopolitanis, & publicata in ecclesia, quod Nestorius eiusdem sit sententiæ cum Paulo Samosateno, ante CLX. annos ab orthodoxis episcopis anathemate condemnato.

Διαμδρτυεία πρσπεδύσα εν δημοσίω\* παρά τῆς κληρικῶν Κωνσταντινουπόλεως, κῆ κτ' ἐκκλησίαν ἐμφανιδύσα, ὡς ὅτι ὁμόφρον ἐστὶ Νεστόριος Παύλου τῆς Σαμοσατέως τῆς ἀναθεματιδέντος πρὸς ἐπὼν ἐκατόν ἐξήκοντα ὑπὸ τῆς ὀρθοδόξων Ἐπισκόπων.

QVICVMQVE schedam hanc accepturi sunt, eos per sacrosanctam Trinitatem adiuro, obtestorque, vt eandem episcopis, presbyteris, diaconis, lectoribus, necnon & laicis quoq; Constantinopoli habitantibus ostendant; eiusdemque exemplum ad euidentem hæretici Nestorii confusionem iisdē impertiantur; vt qui eadem prorsus sentiat, quæ Paulus Samosatenus ante centum sexaginta annos a catholicis episcopis anathemate condemnatus. Quæ autem ab utroque dicta comperiuntur, ea ad hunc modum se habent. Paulus Samosatenus ait: Maria Verbum non peperit. Nestorius ab huius sensu non recedens: Heus tu (inquit) bone vir, Maria diuinitatem nõ edidit. Addit Paulus: Neque enim erat ante sæcula. Nestorius ait: Diuinitati, quæ tempora condidit, matrem temporaneam assignant. Rursum Paulus: Maria Verbum suscepit; neq; est antiquior Verbo. Nestorius ait: Qui fieri queat, vt Maria ex se genuerit antiquiorem se? Paulus ait: Maria edidit hominẽ nobis assimilem. Nestorius dicit: Qui ex Virgine natus est, homo est. Paulus ait: Atqui per omnia nobis præstantior est. nam de Spiritu sancto est, diuinisq; edi-

ΟΡΚΙΖΩ τὸ λαμβανόντα πόδε γὰρ χαρπὶ κτ' τῆς ἀγίας τελεᾶς, ὡς φανερόν αὐτὸ ποιῆσαι Ἐπισκόποις, πρεσβυτέροις, διακόνοις, δαγνώταις, λαϊκοῖς οἰκοδοτοῖς Κωνσταντινουπόλιν· ἐπὶ τε καὶ τὸ ἴσον αὐτοῖς ἐκδοῦναι πρὸς ἐλεγχὸν τῆς ἀρεπκοῦ Νεστορίου, ὅτι ὁμόφρον ἐστὶ τῆς ἀναθεματιδέντος Παύλου τῆς Σαμοσατέως πρὸς ἐπὼν ἐκατόν ἐξήκοντα ὑπὸ τῆς ὀρθοδόξων Ἐπισκόπων. ἐστὶ δὲ τὰ εἰρημώμα οὕτως. Παῦλος εἶπε· Μαρία τὸ λόγον ἐκ ἔτεκε. Νεστόριος συμφώνως εἶπεν· ἐκ ἔτεκεν, ὡ βέλλεσε, Μαρία πλὴν θεότητος. Παῦλος οὐδὲ γὰρ ἕως αἰῶνων. Νεστόριος καὶ μητέρα χρονικῶν τῆς δημιουργῶν τῆς χρόνων ἐφιστῶσι θεότητι. Παῦλος Μαρία τὸ λόγον ὑπέδεξατο, καὶ ἐκ ἐστὶ πρεσβυτέρα τῆς λόγου. Νεστόριος πῶς οὐκ Μαρία τὸ ἑαυτῆς ἀρχαιότερον εἶπεν; Παῦλος Μαρία ἔτεκεν ἀνεσθρον ἡμῶν ἴσον. Νεστόριος ἀνεσθρονος ὁ τεχθεὶς ἐκ ἀρδένου. Παῦλος κρείττονα δὲ κτ' πάντα. ὅτι ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐξ ἐπιπέλων, κῆ

Matth. 1. v. 20.

ANNO CHRISTI 431  
 ἐν τῷ γεγραμμένῳ ἢ ἐπὶ αὐτῷ  
 χεῖς. Νεστόριος εἶπε· περὶ αἵμα,  
 Φησὶ, τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν ὡσεὶ  
 ὡσεὶ αἵμα, καὶ μὴ ἔστι ἐπὶ αὐτὸν, τὸ  
 πνεῦμα ἀνὰ τὴν αὐτὴν χριστιανικῶν  
 ἐντελέθειαν, Φησὶ, τοῖς ἀποστό-  
 λοις, οὓς ἐξελέξατο, διὰ πνεύμα-  
 τὸς ἀγίου ἀνελήθη. τὸ δὲ τὸ  
 πνεῦμα τὸ Χριστὸν χριστιανικῶν  
 δόξαν. Παῦλος εἶπε· ἵνα μήτε ὁ  
 ἐκ Δαυὶδ χεῖς ἀλλοτρίος ἢ  
 τῆς θεότητος, μήτε ἡ θεοφάνεια ἐν ἄλλῳ  
 οὕτως οὐκ ἔστι. καὶ τὸ ἐν τοῖς προ-  
 φηταῖς λέγει, μάλλον δὲ ἐν Μωσῆ  
 καὶ ἐν πολλοῖς κηρύττοις, μάλλον δὲ  
 ἐν Χριστῷ, ὡς ἐν ναῶ θεοῦ. καὶ δι-  
 λαχὸς λέγει, ἄλλο ἐστὶν ἡ Ἰη-  
 σοῦ Χριστοῦ, καὶ ἄλλο ἡ λέξις.  
 Νεστόριος εἶπε, μὴ ἐγχαρῆναι  
 πρὸς πάντων τῶν αἰώνων γνησιότη-  
 τα, ἄλλο ἀπαξ γνησιότητα, καὶ ταύ-  
 τα τῆ θεότητι. Ἰδοὺ δὲ δεχόμεθα σαφῶς  
 λέγων ὁ παραβάτης, ἐκ ἐτέρευσε διὰ  
 Μαρίας ὁ γνησιότης ἐκ τῆς πατρὸς.  
 Ἰδοὺ σωαίνει τῷ αἰρετικῷ Παύλῳ  
 τῷ Σαμοσατέων, τῷ λέγοντι ἄλλο  
 εἶναι τὸν Χριστὸν, καὶ ἄλλο ἡ Ἰησοῦ  
 Χριστοῦ, καὶ ἐκ ἐστὶν εἷς, ὡς ἡ ὀρθόδο-  
 ξία κηρύττει.

Διὰ τὸ ἐσημειώσαμεν ἡμῶν, ὡ  
 ζητήματα τῆς ἀγίας πίστεως, καὶ μέρος  
 τῆς μαθηματικῆς τῆς ἐκκλησιαστικῆς Αν-  
 θεολογίας, ὅς τις καὶ πλεονάζοντες χριστι-  
 ανῶν ἐπὶ κλησιν ἐν πνεύματι ἐξομῶν,  
 ὅτι ἐκ οὐδὲν ἄλλο καὶ ἄλλο θεοῦ υἱόν,  
 ἀλλ' ἓνα πρὸς πάντων αἰώνων γνη-  
 σιότητος θεόν ἐκ θεοῦ ἀπὸ τῆς πατρὸς,  
 ὁμοούσιον τῷ πατρὶ· καὶ αὐ-  
 τὸν Ἰππὶ Αὐγούστου Καίσαρος ἐκ Μα-  
 ρίας τῆς ἀρρήτου γεννηθέντα. ἐχ' ἡ γὰρ ῥη-

tus promissis, & iuxta scripturam  
 gratia illi data est. Nestorius ait:  
*Vidi Spiritum descendantem quasi* Ioan. 1. v. 32.  
*columbam, & manentem super il-*  
*lum, necnon ascensionis vim illi im-*  
*pertientem: quandoquidem præci-* Act. 1. v. 2.  
*piens apostolis, quos elegerat, per Spi-*  
*ritum sanctum assumptus est. Hic*  
 igitur ille est, qui hanc tantam  
 gloriam Christo impertitus est.  
 Paulus ait: Ut neque is qui gene-  
 re ex Dauid ducto inunctus est, a  
 sapientia alienus sit; neque tan-  
 tam sapientiam in alio quopiam,  
 quanta in ipso, extitisse putemus.  
 Sane fuit illa in prophetis, sed  
 amplior in Moyse: fuit in multis  
 sanctis; at vero in Christo, tam-  
 quam in Dei templo, amplissima  
 extitit. Idem in alio loco alium  
 docet esse Iesum Christum, alium  
 rursus Deum Verbum. Nestorius  
 ait: Fieri nequit, cum qui ante  
 omnia sæcula natus est, denuo na-  
 sci, idque secundum diuinitatem.  
 En manifestus legis transgressor  
 apprehenditur Nestorius, ut qui  
 eum qui ex parte genitus est, na-  
 tum ex sacra virgine neget. En  
 Paulo Samosateno hæretico, qui  
 alium asserit esse Verbū, & alium  
 Iesum Christum, neque vnum ef-  
 fe, ut orthodoxa profiteretur eccle-  
 sia, planissime adstipulatur.

Accipe proinde, o sanctæ fidei  
 zelator, partem quoque sacræ in-  
 stitutionis ecclesiæ Antiochenæ,  
 quam hic tibi assignamus: ex ea e-  
 nim Christianum nomen ad nos  
 primum defluxit. Illa ergo non  
 alium & alium Dei Filium agno-  
 scit, sed vnum eundemque, qui  
 ante omnia sæcula ex Deo & Pa-  
 tre, Patri consubstantialis geni-  
 tus est; imperante vero Augusto  
 Cæsare ex Maria virgine natus  
 est. Nam his ipsis verbis utitur:

ANNO  
CHRISTI  
431

\* τὸν αὐ-  
τὸν  
\* τὸν αὐ-  
τὸν

Act. 1. v. 26

Deum verum de Deo vero, consubstantiali Patri, per quem sæcula constituta, & omnia facta sunt. Qui propter nos descendit, & natus est ex Maria sancta semper virgine, & sub Pontio Pilato crucifixus est. & reliqua, quæ in symbolo consequuntur. Subscribit his B. Eufathius quoque Antiochenæ ecclesiæ quondam episcopus, qui fuit e numero trecentorum decem & octo episcoporum, qui in magna illa & sancta Synodo conuenerunt. Scribit is autem in hunc modum: Non solum homo est, sed Deus quoque; quemadmodum propheta Ieremias testatum facit. *Hic, inquit, Deus noster est, nec estimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem viam discipline, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Et quando, quæso, cum hominibus conuersatus est, nisi tum demum, cum ex sacra virgine vt homo natus, simul cum ipsis adoleuit, simul incrementa, simul cibum, simul potum sumpsit, simul denique reliqua omnia humana exercuit? Si quis ergo dicere ausus fuerit, alium esse Filium vnigenitum, ante omnia sæcula ex Deo & Patre natum; & alium qui genitus est ex virgine Maria, & non vnum eundemque Dominum Iesum Christum, anathema sit.

Baruch. 3.  
u. 36.

πῶς θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ καὶ ἀπάντες κατηρτίσθησαν, καὶ πάντα ἐγένετο. Ὁ δὲ ἡμᾶς καταδόντα, καὶ γνηθέντα ἐκ Μαρίας τῆς ἁγίας τῆς ἀειπάρθενου, καὶ σωροθέντα ὑπὸ Ποντίου Πιλάτου. καὶ τὰ ἐξῆς τῆ συμβόλου. συνάδει δὲ πύποις καὶ ὁ μακάριος ἐπίσκοπος Εὐστάθιος, ὁ τῆς αὐτῆς Αντιοχείας, εἰς ὧν ἀπάντων τῶν τετρακοσίων δεκαοκτῶ ἐπισκόπων ἐπιτῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου, λέγων οὕτω· ἵνα μὴ μόνον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ θεὸν, καὶ θεὸς καὶ ἱερεμίας ὁ προφήτης λέγει· οὗτος ὁ θεὸς ἡμεῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Ἐξήραρε πάντα ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ Ἰακώβ τῷ παιδί αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπὸ αὐτοῦ. μὴ ταῦτα ἐπιτῆς γῆς ὠφείη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις σωανέστραφθῃ. πότε δὲ σωανέστραφθῃ ἀνθρώποις, εἰ μὴ ὅτε σωεγγνηθῇ μετ' αὐτῶν ἐκ παρθένου, καὶ σωενήσιασε, καὶ σωηνυξήθη, καὶ σωέπιε, καὶ σωέφαγε, καὶ ἄλλα; εἰ τις οὖν πολήσῃ λέγειν ἄλλον εἶνα υἱὸν τοῦ πατρὸς πάντων τῶν αἰώνων μονογενῆ, ἢ ἐκ τῆς πατρὸς γνηθέντα, καὶ ἄλλον ἐκ Μαρίας τῆς ἀειπάρθενου γενθέντα, καὶ οὐ τὸν αὐτὸν εἶνα κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, ἐστὶν ἀνάθεμα.

ANNO  
CHRISTI  
431